



9669

Ab: 455. ~~1111~~

DISSERTATIO IVRIDICA

1731 17

DE

DELICTIS COLLEGIORVM

QVAM

PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

IN AVLA REGIS POLONIAE ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIS CONSILIARIO IN ACADEMIA VITEBER-
GENSI ORDINARIO, CONSIST. ECCLES. DIRECT. CV-
RIAE PROVINC. ET SCABINAT. ASSES-
SORE PRIMARIO

PATRONO ATQVE STVDIORVM PROMOTORE
AETATEM COLENDO


AD DIEM *Viii* NOVEMBRIS MDCCXXXI.

TVEBITVR

R E S P O N D E N S

CAROLVS WILHELM TEMMICH

VITEBERG. SAX. IVR. VTR. CAND.



VITEBERGAE

EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESII,



Handwritten scribbles at the top of the page.

DISSERTATIO IURIDICA
DE
DELICTIS
COLLEGIORVM

AVGVSTINO LEYSERO
IN AULA REGIS POLONIAE ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAZONIS CONSILARIO IN ACADEMIA WITTEBER-
GENSI ORATORIO CONSULTI REGES DIRECTI CIVI-
TATIS WITTEBERGENSIS ACADEMIAE ASSES-
SORE PRIMARIO

PATRONO ATQVE STVDIORVM PROMOTORE
AD DIEM 14 MENSIS IANVARIJ
RESPONDENS

CAROLVS WILHELM TERNICH
WITTEBERGAE
IN ACADEMIA WITTEBERGENSIS





I.

Tota universitas, cuius omnia membra in delictum consentiunt, delinquere censetur.

II.


Plerorumque consensus non sufficit.

III.

Universitas uno actu delinquens unicam saltem pœnam, se hæc scilicet dividi potest, sustinet.

IV.

Si pœna dividi non potest, singulis infigenda est.



cripsit ante aliquot annos *Gundlingius*, *ICTus* olim *Hallensis*, disputationem academicam *de universitate delinquente eiusque pœnis* docte & eleganter. Ostendit ille recte, totam etiam universitatem, siquidem omnia eius membra in crimen consentiant, delinquere posse, nec obstare *L. 15. §. 1. de dolo malo*, quippe quæ
A aperte

aperte de casu agat, quo non omnes municipes in dolum commissum consenserunt, sed saltem administratores, quibus reddituum pecuniæ publicæ & ærarii cura fuerat demandata, magis autem huc pertinere *L. 9. §. 1. quod metus causa & Avthen. item nulla communis. C. de Episc. & cleric.* quæ integras universitates peccantes puniri simpliciter iubent, tunc tamen, quum maxima universitatis pars delinquit, si vel unum eius membrum dissenserit, universitatem non delinquere, nec omnes, sed illos duntaxat, quos culpabiles esse constiterit, puniri posse, *c. 5. de Sentent. excommun. in 6.* Recte, inquam, hæc omnia Gundlingius, in quo hoc unice desidero, quod, dum ad pœnas integris universitatibus delinquentibus infligendas devenit, filum nimis cito abrumpit, nec controversiam, quæ in hoc argumento præcipua est, & quotidie fere occurrit, attingit. Quæritur scilicet, utrum universitas delinquens, quando de pœna infligenda agitur, tanquam universitas considerari, atque quasi in corpore semel tantum puniri possit, an vero singula universitatis membra singulatim viriūque pœnam istam sustinere debéant. Res optime exemplo illustrabitur: Lex est in Ducatu Brunsvicensi, quæ inquilinum, nisi is prius fidem Principi iureiurando obstrinxerit, suscipi vetat, atque eum, qui iniuratum suscipit, tribus aureis mulctat. Accidit in facto, ut communitas quædam commune tugurium haberet, idque homini extraneo habitandum concederet, sed iurisiurandi exactionem negligeret. Quo comperto, magistratus in factum inquirat mulctamque trium aureorum non toti universitati, verum singulis cum egregio emolumento suo inponit. Contraducant singuli

guli, atque se ad hos tres aureos semel tantum, collatione facta, solvendos obligari aiunt. Res multum dubii habebat. Delinquentes argumento *legis i. pr. & s. ult. Si familia furtum fecisse*, in qua ob furtum a familia commissum una tantum pœna luitur, utebantur. Sed respondebat magistratus, ex interpretatione *Iulii Clari Lib. 5. §. furtum n. ult. & Gothofredi ad eam Legem Lit. k.* hæc vera tantum esse, si civiliter agatur, non si criminaliter. Verum ICti Helmstadienses mense Novembri anni MDCCCXXVIII. pro universitate responderunt, eamque non nisi semel punierunt. Delictum scilicet, quod ab uno corpore uno consilio unoque actu committitur, unicum est saltem, adeoque unam tantum, non plures pœnas meretur. Hoc naturalis iuris est & iuri etiam Romano convenit, quemadmodum ex *L. 9. de iurisdic. & L. 34. de iniur.* apparet, quæ leges non ad pœnas, sed ad facta ipsa, plurane hæc sint an unum, respici iubent. Nec obstat *Gothofredi* ratio, quod delicta, si una saltem pœna exigatur, in ceteris delinquentibus impunita sint mansura. Supponimus enim talem pœnam, quæ in partes scindi & ad plures pertingere potest. Nam si corporis afflictiva sit, per se patet, eam singulis infligendam esse. Adiciam ipsa responsi verba: Wird Unterrichts verlangt, ob der Pächter, ehe er das auf der Gemeinde Grund und Boden stehende Bach- & Haus bezogen, sich bey den Gerichten zu Ableistung des Erb- & Huldigungs in gleichen des Hinter- & Saken- & Eydes einfinden sollen. Da nun die Fürstl. Braunschweigl. Landes- & Ordnung §. 22. deutlich befelet, es solle sich niemand an einem Orte niederlassen, er habe denn dem Landes-Fürsten die Erb-

Huldigung geleistet, auch solle niemand Häußlinge annehmen, ohne der Obrigkeit Bewilligung bey 3. Mfl. Straffe; So hat der neue Pächter das Saef: Haus nicht beziehen sollen, er habe sich denn vorher bey des Sempronii Gevrichten, den Erbhuldigung: und Hinterlassen: Eyd abzulegen, angemeldet. Folget die Frage, ob die Gemeinde und zwar jeder besonders in die bey voriger Frage gemeldete Straffe der 3. Mfl. verfallen. Nun ist zwar wegen der Straffe selbst kein Zweifel, und scheint es auch, ob sey jeder die 3. Mfl. zu erlegen schuldig, da die Gemeinde nicht so wohl als eine Gemeinde, sondern vielmehr als Singuli bey einem delicto consideriret werden. Alldieweil aber hier eigentlich nur ein Delictum begangen worden, auf welches die Landes: Ordnung mehr nicht, als 3. Mfl. Straffe setzt, mithin das Delictum und die Straffe nach Anzahl der Personen zu multipliciren viel zu hart seyn auch wieder die Geseze, welche in delictis pennis die benigniorem interpretationem so vielfältig anbefehlen, lauffen würde, hiernächst die Rechte alsdenn, wenn ihrer viel nur ein Delictum begehen, die Straffe von ihnen insgesamt als von einer Person einzutreiben anbeffehlen; So ist die Gemeinde und zwar insgesamt umb 3. Mfl. zu bestraffen.

V.

Is, qui per delictum ab universitate commissum leditur, contra unum etiam membrum ad satisfactionem privatam in solidum agere potest, nec exceptione divisionis aut plurium litis consortium repellitur.

VI.

Habet tamen electionem, utrum contra unum membrum, an contra integrum corpus experiri velit.

Quæ

Quæ antea de unica pœna universitati quasi in corpore delinquenti infligenda diximus, ea magis etiam ad privatam satisfactionem pertinent, ut nempe is, qui per istud delictum læditur, hanc semel tantum petere queat. Sed quia tamen molestum est admodum, cum tota universitate pluribusque litigare, permittendum est læso, contra unum alterumve ex universitate in solidum experiri. Deliquerunt enim omnes, atque adeo, quum singuli conveniuntur, iniuriam nullam patiuntur. Nec exceptio plurium litis consortium aut divisionis locum habet, quippe quæ in delictis semper cessat, *L. ii. §. 2. ad Leg. Aquil.* Et sic responderunt Icti Vitembergenses mense Octobri anni 1505 cccx: Hat ein Innungs-Collegium 2. Meister ihres Mittels, Titium und Mævium, welche sich unter einander hefftig geschimpffet, vorladen, und, als Mævius zu erscheinen sich mit spöttischen Worten geweigert, demselben durch 2. andere Meister sagen lassen; sie hielten ihn dafür, wofür ihn Titius gescholten. Weshalben Mævius die beyde Großmeistere iniuriarum belanget, auch, als diese zwar erschienen, sich aber auff die Klage nicht eingelassen, diesen Bescheid erhalten, daß Beklagte sich sub pena confessi und convicti einzulassen, und Klägern die Unkosten zu erstatten schuldig. Weil nun die Groß-Meistere sich wieder diesen Bescheid eines remedii suspensivi bedienet, so begehret derselbe zu wissen, ob die Beklagte sich auff die Klage einzulassen schuldig gewesen, und, da sie es nicht gethan, eine reformatorium des ihnen wiederigen Bescheides zu hoffen haben. Ob nun wohl das ganze Handwerck in einem diesfalls ausgestellttem Scheine sich zu den Worten, welche dem Mævio hinterbracht worden,

bekennet, die Groß-Weistere auch solches ganze Collegium keines weges repräsentiren, sondern nur membra desselben seynd; folglich es das Ansehen gewinnet, ob müßten nicht diese, sondern die sämtliche Innung verklaget und zur Einlassung angehalten werden, Dieweil aber dennoch in delictis nomine universitatis commissis singula membra sich des delicti theilhaftig gemacht, hiernächst demjenigen, so von ihrer vielen zugleich beschimpffet worden, freysethet, einen jeden von selbigen absonderlich zu belangen, dießemnach Mævius wegen des ihm von den sämtlichen Handwercks-Weistern erwiesenen Schimpffs die beyde Groß-Weister insonderheit zu verklagen wohl befugt gewesen; So hätten dieselbe sich billig auf die erhobene Klage einlassen sollen, und mögen, da sie solches nicht gethan, sich keiner reformatoriæ des gegen sie ertheilten Bescheides getrösten. Libera tamen electio læso relinquenda est. Nam, si malit universitatem totam convenire, hoc ei utique licebit. Cuius rei exemplum vide apud Carpovium P. 4. C. 42. def. 10.

VII.

Quum integrum Collegium delinquit, si quidem delictum dolosum est, singuli in solidum tenentur, si culpsum, beneficium divisionis locum habet.

VIII.

Ex delicto, quod collegium olim commisit, non successores, sed heredes conveniuntur.

Thesis septima in L. 7. de magistr. conveniend. item in L. 1. C. quo quisque ordine conveniatur fundata est.
Deve-

Deveniamus ergo ad applicationem. Senatus oppidi cuiusdam Marchici inspectionem in praefectum arario publico habuerat, sed negligentius gesserat, nec rationes a praefecto tempestive exegerat. Cesserat itaque hic foro cum magno reipublicae detrimento. Spes nulla erat, quicquam ab illo recuperari posse. Ergo magistratus subsidiaria actione conveniebatur. Verum ICTi Vitembergenses mense Januario anni c1510ccxi. non eum, qui nunc erat, magistratum, *L. 23. C. de Decurionibus*, sed eos, qui tempore commissae negligentiae in senatu fuissent, heredesve eorum, atque non in solidum, sed pro rata conveniendos esse, iudicaverunt, talemque sententiam conceperunt: Daß die Klage angebrachter Waassen nicht statt habe. B. N. W. Rat. dec. Es hat Kläger wegen einiger von den Jahren 1702. und 1703. rückständigen Ziese = Gefälle wieder den Rath zu Havelberg unter dem Vorwand, als ob dieser in seiner über den zur Einnahme solcher Gefälle verordneten Ziese = Meister habenden Inspection sich sehr nachlässig erwiesen, Klage erhoben. Alldieweil aber nicht der ieszige Rath, sondern die in den Jahren 1702. und 1703. gewesene Rath's = Personen, oder deren Erben, angeklaget werden müssen, wobey doch Klägern nicht freysethet, einen jeden von ihnen in solidum zu belangen, in Erwegung, daß den magistratibus, quum ex negligentia in officio commissa conveniuntur, das beneficium divisionis deutlich in Rechten verstattet wird; So haben wir, daß die Klage angebrachter Waassen gegen den ieszigen Rath nicht statt habe, erkannt. Aliter vero iudicandum est tunc, quando magistratus ipse circa admini-

strationem publicarum rerum dolum commisit. Tunc enim hi, qui ex eo conveniuntur, in solidum respondere debent, nec beneficio divisionis iuvantur. Pertinet huc responsum Ictorum Helmstadiensium mense Januario anni 1610 cccxvii. exaratum: Wird zu wissen verlangt, ob Burgermeistere, Cämmerer und Rathsherrn einer Stadt, umb daß sie und ihre Vorfahren die zur Cämmerey des Rathhauses gehörige Güther und Schuldforderungen nulliter veräußert, und in solutum hingegeben, diesen Schaden zu gleichen Theilen, oder nach proportion ihrer Salariorum oder auf was vor Art sonst ersetz müssen. Nun werden zwar erwehnte Personen sonder Zweifel auf das beneficium divisionis provociren, und, daß ein jeder von ihnen entweder zu gleichem Theil oder pro rata seines salarii belanget werde, begehren; Demnoch aber und dieweil Burgermeister, Cämmerer und Rathsherrn administratores der gemeinen Stadt- und Cämmerey-Güther seynd, gleichwohl die Macht selbige zu veräußern vor sich nicht haben, folglich durch solche Veräußerung widerrechtlich und gegen ihre Pflicht handeln, hiernächst die Administratores und obrigkeitliche Personen, wenn sie in ihrem Amte durch Unternehmung einer unrechtmäßigen Handlung oder sonst durch Betrug Schaden zufügen, bey dieserhalb gegen sie angestellten Klage das beneficium divisionis nicht haben, sondern, wie auch in andern Delictis Rechtens, ein jeder von ihnen in solidum verhasstet ist; Diesemnach mögen Burgermeister, Cämmerer und Rathsherrn zwar wegen desjenigen, was ihre Vorfahren im Amte gehandelt, gar nicht belanget werden, dahingegen muß ein jeder von ihnen, welchen die Cämmerey, Bürgerschaft oder hohe Obrigkeit

Zeit diesfalls in Anspruch nehmen will, vor das, was sie selbst delinquiret, und nulliter zum Schaden der Cämmererey gehandelt, in solidum haſſten.

IX.

Ex delicto collegii Successores in officio obligantur, si quid ad eos ex delicto pervenit.

Theſi VIII, quod ſcilicet ex antiquo collegii delicto ſucceſſores in officio conveniri nequeant, addenda eſt limitatio ex *L. 15. §. 1. de Dolo malo & L. 4. de Vi & vi armata*, niſi quid ſcilicet ex delicto iſto ad eos pervenerit. Tunc non quidem puniuntur, quum ipſi non deliquerint, ſed tamen civiliter, in quantum ad eos pervenit, obligantur. Exemplum hoc eſto: Collegium ex ſpolio olim commiſſo nunc demum a ſpoliatis conventum exceptionem non competentis actionis obiiciebat, atque actorem cum actione ſua ad heredes eorum, qui olim ſpoliarant, ablegabat. Sed ICti Helmſtadienses menſe Novembri anni cDIOcccxvi. collegio, quod nunc eſſet, neceſſitatem reſpondendi impoſuerunt, atque, actionem adverſus ſucceſſores locum habere, non ultra tamen, quam in quantum locupletiores facti eſſent, reſponderunt. Quæ ſententia non ſaltem iuribus civilibus, ſed & æquitati naturali convenit, ac in regula; neminem cum damno alterius locupletioſiorem fieri debere; fundata eſt.

Præses & membrum collegii, etiam cum ratione dissentiens, maioris partis decretum sequi necessum habet.

XI.

Quid faciendum præfidi vel collegæ tunc, quum decretum maioris partis cum lege vel bono publico pugnat, adeoque delictum continet, disquiritur.

Ea est collegiorum natura, ut id, quod maior eorundem pars statuit, pro eo habeatur, ac si omnes egerint, *L. 19. Ad municipalem, L. 36. de Re iudicata. Vide Grotium de Iure belli ac pacis lib. 2. cap. 5. n. 17.* Quam regulam non in inferioribus saltem, sed in superioribus quoque collegiis servandam esse, *Seckendorffius in teutschem Fürsten Staat P. 2. c. 6. n. 5.* ostendit. Adde *Constitutionem iudicii aulici imperialis tit. 5.* Nequit igitur præses collegii neglecto plurimorum collegarum dissensu, ex suo & adfectarum suorum sententia negotium conficere atque aliquid statuere. Quodsi id faciat, iniurius est in collegas, & peccat contra principis voluntatem, contra bonum publicum & contra ordinem collegiorum naturalem. *Vide Ziegleri Dicastricen concl. 42. §. 30.* Quin imo præses, etiam si manifeste videat, sententiam, quam plures tumentur, deteriorem esse, nequit tamen suam præferre. Quodsi enim hoc eidei liceret, tota collegii compages dissolveretur, nullusque præses, paulo, ut communiter solent esse humana ingenia, obstinatio, dissentientium a se opinionem damnatu-

mnaturus suamque meliorem dicturus atque sic decretum collegii rescissurus non esset. Oportet igitur præsidem, & collegas pauciores, etiam qui cum ratione dissentiant, subscribere sententiæ maioris partis. Nam, ut recte *Plinius lib. 6. ep. 13.* ait, *singulos, integra re, dissensire, fas est; peracta, quod pluribus placuit, cunctis tuendum.* At quid faciendum, si sententiæ maioris partis delictum contineat, id est, cum iure divino, cum lege & voluntate principis, cum salute reipublicæ pugnet? Nec tunc tamen præses aut sanior pars collegii decretum rescindere potest auctoritate privata. Sed, si res moram patitur, referenda est causâ ad principem eiusque decisio expectanda. At, si circumstantiæ dilationem nullam admittunt, vel collegium superiorem non habet, e. g. senatus liberæ reipublicæ, tunc exsequendum est, quod maior pars decrevit, adhibita saltem Hospitalii, magni illius Galliæ cancellarii, cautione, qui, testibus *Langueio lib. 2. epist. 62.* & *Le Grain Decade d' Henri le grand liv. 8. pag. 898.* decretis istiusmodi nomen quidem subiiciebat, sed verba, *me non consentiente,* adiciebat. Mirifice hic more suo philosophatur *Bayle dans la Continuation des pensées diverses sur le comète tom. 1. pag. 14:* *Si la Jurisprudence, & la politique ont laissé la décision des affaires au jugement du plus grand nombre, c'est à cause, qu'il n'a pas été possible de se servir de la méthode de peser les voix & non pas de les compter. La méthode, qu'il a valu employer de toute nécessité, est sujete à de grans inconveniens. La justice, la raison & la prudence sont du côté du petit nombre en cent occasions, & tel, qui est seul de son avis, opine plus sagement,*

ment, que tout le reste de la compagnie. Les plus sages
 ières d'une assemblée ont très souvent le déplaisir de voir,
 que la cabale des jeunes gens emportez, & peu eclairez,
 obtient a la pluralité des suffrages une decision inique, te-
 meraire & pernicieuse. Mais il faut passer par là; car
 si l'on établissoit la nécessité du concurs de tous les suffra-
 ges, & si, comme dans les Dietes de Pologne, l'oposition
 d'un seul Deputé pouvoit rendre nulles toutes les delibe-
 rations, on se jetteroit dans un abime beaucoup plus fu-
 neste.

XII.

*Præsidi collegii imputari non potest iniustum decretum to-
 tius collegii vel maioris eiusdem partis, quod ille
 dissentiendo impedire non potuit.*

XIII.

*In dubio sententia maioris partis melior & iustior
 esse præsumitur.*

Recte Paulus in L. 2. *Quod quisque iuris in alterum:
 Si adfessoris, inquit, imprudentia ius aliter dictum
 sit, quam oportuit, non debet hoc magistratui officere, sed
 ipsi adfessori.* Quoniam scilicet, ut antea diximus, præ-
 ses collegii id, quod maiori parti placuit, sequi ne-
 cesse habet, nec dissentiendo impedire potest, impu-
 tari quoque ipsi non debet, quod ex consensu col-
 legii vel totius vel maioris saltem partis statuit, de-
 crevit & exsequutus est. Optime Vitalis Canelis,
 Oscanis

Oscensis episcopus, apud du Fresne in Glossario medicæ & infimæ latinitatis art. Iudex medius: Regis est, ait, Iudices & Iustitias ordinare, &, quando sibi placuerit, revocare, & eos perpetuò ponere, vel ad tempus. Inter quos Iudices, Iustitia semper est certius principalis in Aragonia constitutus: qui, ex quo semel à domino Rege fuit constitutus, in Regis Curia commoretur, subministrandis sibi ab ipsa Curia alimentis. Ibiq; in præsentia domini Regis, vel de eius imperio, sine eo, causas examinet & auscultet. Et, quotiescunque interlocutoria vel diffinitiva sit sententia proferenda, dominus Rex, & Barones, hoc est Episcopi & Duces militum, qui Rici homines appellantur, qui in Curia fuerint tunc præsentis, super illa deliberent in communi. Et, quod dominus Rex & maior pars Baronum, vel, si dominus Rex noluerit interesse consilio, maior pars Baronum in Iustitiæ os posuerit proferendum, ipse Iustitia id pronuntiet sententialiter & declaret, nullam pœnam ex pronuntiatione huiusmodi metuendo. Nam non ipse, sed ipsi, quibus in hac parte eum oportet necessario obedire, ipsius sententiæ sunt latores. Sed commemorabo exemplum: Dux quidam bellicus, cui princeps consilium ex quatuor præfectis constans addiderat, premente & instante hoste, consilium convocat, atque in eo, quid faciendum, deliberat. Consiliarii, nullam superesse, nisi in fuga, salutis spem, unanimi consensu declarant. Capessit ergo fugam dux, fremente exercitu & ad pugnam parato. Reversus ad principem corripitur ab accusatore, & producuntur contra illum testes ex exercitu, qui, resisti potuisse hostibus atque etiam egregiam victoriam reportari, dicunt, si pugnare, quam fugere, maluisset dux. Ille contra decretum con-

consilii sibi adiuncti obtendere atque per hoc ipsum fugam suam excusare. Feruntur acta ad collegium Ictorum Helmstadiensium, qui mense Junio anni 1707. reum absolverunt ex his rationibus: Wird der General Oddo beschuldiget, den ihm zu beschützen angewiesenen Post ungebührlich verlassen, und dadurch die im Lande erfolgte Unordnung und den dem Landes-Herrn zugewachsenen Nachtheil verursacht zu haben. Es kommt also auf die Frage an, ob die Umstände so beschaffen gewesen, daß die auf dem Post gelegene Völker dem herannahendem Feinde nicht widerstehen können, sondern zu Conservirung der bey sich gehaltenen Artillerie, der regulierten Militz, der Festung Verona und der freyen Strasse nach Meyland sich nothwendig retiriren müssen. Nun scheint es zwar, ob wäre hierauf mit nein zu antworten, in Erwegung, daß die abgehörte Leute von der Land-Militz bezeugen, man habe zur Zeit der Retirade noch keinen Feind gesehen, das Land-Volk sey noch in guter Anzahl, wohl bewehret, und zu fechten freudig und bereit gewesen, und daß nach Inhalt des am 22sten August gehaltenen Protocolls eine grosse Anzahl dieses Land-Volcks sich noch eine Zeit da zu verbleiben erkläret, auch das Hornische Regiment sich desperat zu wehren Mühe gemacht, und die eigentliche Anzahl der herannahenden Feinde ungewiß und unbekandt gewesen. Allbiweil aber befage der Protocollen und von sämtlichen Commandeurs an Hochfürstl. Durchlaucht. abgelassenen Schreiben gungsame Kundschafft von Annäherung der Feinde eingezogen worden, hiernächst der General Oddo Kriegs-Rath gehalten, und denn die Raisons der Retirade von den 4. übrigen mit consultirenden Personen einmüthig

thig gebilliget, und vor erheblich gehalten worden, welcher einmüthige Consens den General vollkommen entschuldiget, wenigstens die Uebereinstimmung dieser 4. Personen bey dem Kriegs-Rathe statt eines Zeugnisses von Nothwendigkeit der Retirade dienen muß, und weit grössern Glauben verdienet, als die Aussage der aus dem Mittel der Land-Militz abgehörten Personen, immassen ohne des bekandte, daß ein commandirender Officier es unmöglich allen seinen Untergebenen zu Dancke machen kan, sondern diese allezeit etwas zu tabeln finden, und zuweilen die mit der größten Klugheit concertirte und zu Erhaltung des ganzen Landes abzielende langsame consilia und Retiraden von der ganzen Armeé unverständlich blamiret werden, wie hiervon bey dem *Livio lib. 22. cap. 15.* das Exempel des *Q. Fabii Maximi Cunctatoris* und bey dem *Famiano Strada de Bello Belgico lib. 7.* das Exempel des berühmten Herzogs von Alba zum völligen Beweise dienet; So halten wir dafür, daß der General Oddo seine Unschuld genungsam dargethan, mithin von der angefesttesten fiscalischen Anklage zu entbinden sey.

XIV.

Collegium eiusque membra ob decretum, quod infelicem eventum habuit, puniri nequeunt, quamvis appareat, diversam sententiam meliorem ac prudentiorem fuisse.

XV.

XV.

Tunc tamen membra collegii ob infelicem decreti sui successum puniri possunt, quando in eo faciendo vel dolus, vel imperitia, vel supina negligentia interuenit.

Accidit saepe in collegiis, ut anceps sententia, quæ verisimilibus argumentis in utramque partem disputari potest, & dubium eventum habet, proponatur. Eligi tunc alterutrum oportet. Aliquando autem non id, quod optimum est, sed deterius, eligitur. Et habet nonnunquam ista electio infelicissimum totique reipublicæ ac principi funestum eventum. Tum vero consurgunt omnes collegii istius obtractatores & inimici cum tota plebe, quæ consilia nunquam non ex eventu aestimat, ac collegio infelix decretum tanquam peccatum exprobrat. Nec negari potest, adferri subinde rationes, quæ, collegium prudentius & rectius diversam sententiam sequuturum fuisse, atque ita damnum ac periculum averi potuisse, evincant. Peccavit ergo saltem contra prudentiæ regulas collegium. Numquid autem propterea punietur? Non puto. Miserrima profecto est conditio eorum, qui collegiis & consiliis principum adfident, si quemlibet lapsum & exiguum mendum ac omne erratum pœnis luere oportet. Nemo sic innocens erit, qui modo homo est. Id durum nimis. Iustius longe Pontifex in *c. 62. de Regulis iuris in 6.* Nullus, ait, *ex consilio dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur;* & Ulpianus in *L. 47. pr. de Regulis iuris: Consilii,*

Consilii, inquit, *non fraudulenti nulla obligatio est.* Scilicet in collegiis & publicis ministris gradus culpæ distingvi oportet, per ea, quæ copiosius in *Specimine CLIV. de Culpa medit. 5. sqq.* dicta. Ob levissimam culpam nec pœna nec damni restitutio petitur. Aliud vero dicendum, si fraus intervenit, aut, quæ fraudi æquiparatur, lata culpa, aut, quæ etiam species fraudis est, imperitia in arte, quam collegii istius membra profitentur, aut infirmitas, aut timiditas. Inexcusabilis enim est, qui negotium aut munus suscipit, cui imparem se esse scit vel scire debebat, *L. 8. §. 1. Ad L. Aquiliam, L. 132. de Regulis iuris.* Quamobrem Icti Helmstadienses in illa, quam in præcedente observatione memoravi, specie responderunt, ducem ex eo solo, quod se ducem fuisse negaret, atque saltem consilio bellico adsedisse contenderet, frustra arcessere defensionem, quoniam, si decretum consilii improbum, imperitum vel timidum fuisset, & præsidem collegii & adsesores, qui in decretum consensissent, puniri oporteret: Es wird dem General wenig helfen, daß er anführet, er habe kein Commando gehabt, sondern sey den übrigen Commandeurs bloß als ein Rathgeber beygefüget worden, nachdem Hochfürstl. Durchl. durch die am 15. August 1726. renovirte vorige Ordre dasjenige, was sie am 6ten August wegen des Commando über die eingeseffene befohlen gehabt, wiederholet, hiernächst der General selbst sich nicht als einen blossen Rathgeber aufgeföhret, sondern laut Protocoll mit der Land- Militz als ein Commandeur gehandelt, und bey dem gehaltenem Krieges- Rathe gleichsam das Directorium geföhret,

ret, inmassen er auch bey Anfang dieses Processus das obgehabte Commando deutlich genug zugestanden, und zuletzt nur, vermuthlich auf Ansehen seines Consulenten, auf die Gedanken gerathen, aus Ableugnung dieses Puncts seine Defension herzuleiten, welches jedoch, wenn auch sein Vorgeben der Wahrheit gemäß, ganz vergebens seyn würde, in Erwägung, daß ein Fürstl. Rath, der aus Bosheit, Lacheté und Unwissenheit einen schädlichen Rath giebt, eben so hart, als ein anderer, in dem ihm anvertrautem Amte sündigender Diener, gestraffet wird.

XVI.

Delictum a quibusdam collegii membris commissum toti collegio, si quidem id ratum habuit, imputatur.

XVIII.

Etiam successores in collegio ex delictis decessorum suorum nomine collegii perpetratis, quae ipsi probarum, obligantur.

Dictum est ab initio, totam universitatem, cuius omnia membra in delictum consenserunt, delinquere & propterea puniri. Consensus vero totius universitatis etiam tunc intervenire censetur, quando reliqua

reliqua membra, quæ a principio in delictum committendum non conspirarunt, deinde tamen, postquam id resciverunt, ratum habuerunt, *L. 152. §. 2. de Regulis iuris, L. 1. §. 14. de Vi & vi armata, c. 15. X. de Restitutione spoliatorum.* Ut ecce: Aliquot collegii membra, redivit ac bona usibus publicis destinata inter se partiri, vel abligurire & in convivia ac comotationes absumere decernunt, exsequuntur etiam decretum, ac iis, qui secum non confenserunt, partem tamen ferunt, vel eos ad comestationes suas admittunt. Hi, etsi improbum istud decretum verbis haud probent, oblatum tamen alieni facinoris munusculum non recusant, sed taciti recipiunt. Veniunt profecto per hoc in societatem criminis, atque tam civiliter quam ad pœnam obligantur. Huc pertinet *L. 4. de Vi & vi armata.* Colligo ex iisdem rationibus, etiam successores in collegio, quos alias decessorum suorum crimina non tenent, *L. 23. C. de Decurionibus,* teneri tamen, quando commissum a decessoribus nomine collegii crimen probarunt. Probando enim & rati habendo continuant delictum.

XVIII.

Beneficium cessionis bonorum, quod collegia ex debito conventa habent, in delictis cessat.

XIX.

Igitur si, universitate ex delicto condemnata, bona communia non sufficiunt, exsequutio in bona privata singulorum membrorum decernitur.

Collegio obærato beneficium cessionis bonorum competere, dubium nullum est. Fundatur idclare in *L. 7. §. 1. Quod cuiusque universitatis*, ubi, quod universitas debet, singuli debere negantur. Colligunt hinc recte *Lauterbachius ad L. 27. de Rebus creditis cap. 3. §. 5. Strykius de Civitate obærata c. 1. n. 103. Zabnius in Politia municipali lib. 2. cap. 58. n. 2. 3. Lo-seus de Iure univ. P. 1. c. 1. n. 10. sq. Carpzovius P. 2. C. 6. def. 24.* ex debito civitatis nec singulos conveniri, nec damnari, nec exsequutionem in singulorum bona decerni posse. Fieri tamen potest exsequutio in bona communia, quæ si non sufficiant, universitas, quamvis membra eius locupletissima sint, illa cedendo in præsens, donec alia bona communia adquisierit, liberatur. Vide *Brunnemannum ad rubr. D. de Cessione bonorum n. 5.* Aliter vero se res habet in debitis ex delicto. Exulant in iis beneficia omnia, atque sic etiam cessio bonorum, adeo ut ad corporis coercionem, si pecunia deficiat, deveniri possit, *L. ult. de in ius vocando.* Quamobrem in delictis universitatum, si bona communia non sufficiunt, exsequu-

quatio in bona privata singulorum rectissime decernitur. Commemorabo exemplum: Civitas quaedam collegio opificum extero pecuniam debebat, ac in solvendo moras necebat. Collegium ergo longioris moræ impatiens, quum difficile sibi cum civitate diverso principi subiecta iudicium futurum animadverteret, manus in civis cuiusdam ex ea civitate bona iniicit, atque ex his, quæ civitas integra debebat, sumit. Improbe & contra aperta iura in *Novella 52. c. 1. c. un. de Iniuriis in 6. Recessu Imperii de anno 1570. §. 84.* Igitur civis ille collegium convenit & condemnationem eius facile obtinet. Sed quum exsequatio facienda esset, nec bona communia sufficerent, victor, ut ea in bona privatorum decerneretur, flagitat. Collegium sese beneficio cessionis bonorum tuetur. Sed frustra. Ex delictis enim singuli in solidum obligantur, *L. 7. de Magistratibus conveniendis.* Quapropter sic responsum fuit: Ist das Gerber- und Schuh- Ambt zu Hildesheim vom Käyserlichem Reichs- Hoff- Rathe in 1779. Rthlr. condemniret, und die Execution davon der Stifts- Hildesheimischen Regierung aufgetragen, auch von dieser bereits der Anfang mit öffentlichem Anschlage des Schuh- Ambts- Hauses gemacht worden. Nachdem nun obbesagten Ambtes Vermögen leediglich in diesem Hause und einem zu Lemgo rückständigem Capitale bestehet, beydes aber zu gänzlicher Abfindung gedachter Schuld, Post nicht zureichet, als wird zu wissen begehret, ob die ieszige Meister, Vorstehere und übrige Mitglieder des Gerber- und Schuh- Ambts schuldig, das

reli-

residuum zu bezahlen, auch deshalb mit Arrest be-
 leget werden, oder nicht vielmehr durch Abtretung des
 Ambt-: Hauses und der zu Lemgo habenden Forderung
 sich von weiterem Anspruche befreien können. Ob
 nun wohl in debitis collegiorum und universitatum,
 nach klarer Verordnung der Rechte, singula membra
 keines weges obligiret seynd, folglich die Execution
 nicht in deren Vermögen, sondern in die dem ganzem Colle-
 gio zustehende Gütther geschehen muß, und, wenn sel-
 bige nicht zureichen, das beneficium cessionis bono-
 rum statt findet; Alldieweil aber die Glieder des Ger-
 ber- und Schuh-: Ambts ex duplici capite verhaftet
 seynd, theils ex quasi contractu, wegen der vorher
 gegangenen Litis contestation, theils auch und zwar
 hauptsächlich ex delicto, indem die Arrestirung der
 Wippermannischen Zinsen statt einer fremden an der
 Stadt Lemgo habenden und den Wippermann ganz
 nicht angehenden Forderung in den Rechten höchlich verbo-
 then ist, und vor ein straffbares spolium geachtet wird,
 bey welcher Bewandniß, und da in obligationibus
 ex delicto singuli in solidum obligiret seynd, auch
 das beneficium cessionis bonorum hinwegfällt; so
 können die jetzige Glieder des Gerber- und Schuh-:
 Ambts die ganze Wippermannische Post von dem ihris-
 gem zu zahlen angehalten, auch dieserhalben mit Arrest
 beleet werden.

XX.

Ipsa collegii sine principis consensu coitio delictum est.

XXI.

Principis tamen consensum supplet lapsus temporis immemorialis.

Coitionem collegii sine principis auctoritate crimen esse, ex *L. 3. §. 1. de Collegiis & corporibus* constat. Ita autem nullum hodie erit collegium paulo antiquius a fisci procuratoris persequutionibus securum, quam antiquiora collegia vel confirmationem principis nunquam obtinuerint, vel diploma, si quod obtinuerunt, iniuria temporum perdidierint. At enim vero tunc ad regulam vulgarem; quod præscriptio immemorialis vim privilegii per omnia habeat; refugium patet. Quæ regula non, ut Ictus quidam adfentatorie loquitur, commentum recentius leguleiorum est, sed in tacita voluntate principis, in æquitate, in recta ratione, in legibus scriptis tam civilibus, *L. 1. §. 42. L. 3.*

D

§. 4.

§. 4. de Aqua quotidiana, L. 18. §. 1. de Aqua & aque
 pluvie, c. 1. de Prescriptionibus in 6. quam publicis,
 Aurea Bulla tit. 8. §. 1. Recessu Imperii de anno 1548.
 §. 54. 56. 63. 64. Capitulat. Caroli VI. art. 8. 9. 21. in-
 nititur. Quamobrem sic responderunt Icti Helmsta-
 dienses mense martio anni 1510ccxx.: Klägere,
 die Pfännerschafft zu Halle, machen sonder Zweifel
 von alten Zeiten her ein Collegium aus, und, wenn
 es auch an ausdrücklicher Bestätigung des Landesheerrn
 fehlte, so kan gleichwohl dessen vielsährige Patien-
 tia und tacitus consensus loco expressæ
 confirmationis seyn.



COROL-

COROLLARIA.

I.

Collega, qui ex mandato collegii delinquit, in solidum tenetur.

II.

Nullus ei datur contra mandantes, nec quod ad multam, nec quod ad interesse privatum regressus.

III.

Poniuntur tamen simul mandantes omnes.

Vide *Specimen CLXXXIII. de Mandato turpi medit.* 3. 4. 5.

COROLLARIA

I

Corollaria in solibus continetur
Eiusdem in solibus continetur

II

Nullus est deus totus transcendens
nec quid ad mundum, nec quid ad in-
teritum privatus existens

III

Primum est ceterum, ceterum mundum
omnes

Vide Speculum CLXXXIII de mundum
et cetera 2. 4.




Wittenberg, Diss., 1731
X 237 1957

VD 18

ULB Halle 3
007 506 007







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

9669

70:45: 2111

1731 17

11

DISSERTATIO IVRIDICA
DE
DELICTIS
COLLEGIORVM

QVAM

PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

IN AVLA REGIS POLONIAE ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIS CONSILIARIO IN ACADEMIA VITEBER-
GENSI ORDINARIO, CONSIST. ECCLES. DIRECT. CV-
RAE PROVINC. ET SCABINAT. ASSES-
SORE PRIMARIO

PATRONO ATQVE STVDIORVM PROMOTORE
AETATEM COLENDO

AD DIEM VIII NOVEMBRIS MDCCXXXI.

TVEBITVR

R E S P O N D E N S

CAROLVS WILHELM TEMMICH

VITEBERG. SAX. IVR. VTR. CAND.

VITEBERGAE

EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESIL.